

dictur esse uoluntariū. **N**ono modo dicitur uoluntariū aliquid quod introductū est a uoluntate aliena sicut a causa prima. et sic peccatū originale dī uoluntariū. In oībus istis modis p̄dictis aliquo mō saluatur ratio uoluntarij. p̄prie tñ i principalī in duob⁹ modis primis. et p̄pterea dicit aug. q. illud quod dixerat. s. oē peccatū uoluntariū de peccato ptimi parentis eē intelligendū. nō q. illud solū sit uoluntariū s. q. illud inter cetera mere est uoluntariū. alia. n. aliquo mō uoluntaria sunt l. non ita plene sicut illud qd sit per nesciētiā. **A**d illud vō quod obi q. tā coactio q. ignorantia excludit rōnē uoluntarij. vō q. uex est ubi est oīmoda ignorantia i coactio sufficiēs. s. uolūtas nūq. cogit coactione sufficiēti. iō coactio nūq. tollit rōē uolūtarij. ignorantia vō aliq. ē p oīmodā priuationē discretōis. i tunc tollit simplī rōē uolūtarij. aliq. vō dicit priuatōē alic⁹ cognitionis determinate utpote priuationē alic⁹ circumstantie remanente nihilomin⁹ cognitiōe actus i alijs circumstantijs sicut ē de illo qui fornicatur nesciens fornicatōē esse peccatū mortale sciens tñ se cognoscere nō suā. i tūc minuit non tollit rōē uolūtarij. Et sic loq̄tur mag⁹ in l. f. Et p hoc patet illa duo obiecta.

Distinctio. xlii.

Quā aut uoluntas mala i opatio **S**upra oīdit mag⁹ qualī peccatū ortus habeat a uoluntate in generali. In hac vō pte descendit mag⁹ ad dīas peccati. Diuiditur aut pars ista i ptes duas. In quaz prima descendit mag⁹ ad dīas peccati cōes. In secūda descendit ad unū peccatū speciale qd est inter cetera peccatorū genera magis graue i abhōiabile. ibi **E**st preterea unū genus peccati. **P**ars prima q. spectat ad pntēz oī. tres hz ptes. qm dīa peccati ad peccatū pōt attēdi triplī. aut quātū ad actū aut quātū ad reatū. aut quātū ad peccandi modū. In prima ergo inq̄rit mag⁹ dīaz inter peccā op̄is i uoluntatis. In secūda inq̄rit dīam a pte reat⁹ q. est inter genus peccati originalis i actualis. uenialis i mortalis. ibi **D**odi autē peccatoz. **P**rima pars diuiditur in duas. In quaruz prima mag⁹ mouet qōnē i determinat f̄ duplicē opinione. In secūda vō rīdet obiecti onibus que impugnare uidentur opinione magis p̄babilē. ibi **Q**uibus alij rīdent hec duo

diuersa. **S**ecunda pars in qua inq̄rit dīas peccatoz quātū ad reatū duas hz. In prima inq̄rit qualī reatus possit manere pccō abeunte in q. accipit dīa actualis peccati i originalis. q. actuale transit actu i remanet reatu. originale autē ecōuerso. In secūda vō q. reat⁹ multiplī accipitur i scriptura. s. p obligatione pene eterne i pene t̄p̄alis. ex quo accipitur dīferentia mortalis peccati i uenialis. ibi **R**eat⁹ aut in scriptura multiplī accipitur. Similī tertia ps duas hz partes. In quarū prima tangit mag⁹ qnq. modos diuidendi peccata i uictos in scriptura. In secūda vō dubitatōēz q. ortū habet ex vna illaz diuisionū. ibi **E**x superbia tñ omnia mala oriūtur.

Intelligentiā autē huius partis f̄ tria q. hic determinatur icidit hic qd circa tria. **P**rimo ē hic questio de p̄paratōe peccati op̄is ad peccatū uoluntatis. **S**ecundo de p̄paratōe peccati uenialis i peccati mortalis. **T**ertio icidit hic questio circa modos diuidendi peccā. **C**irca primū q̄rūt duo. **P**rimo queritur utrū peccatū uoluntatis i operis sint duo peccata uel unū. **S**ecundo utz unū addat ad alterū.

Circa primū sic p̄ceditur i q̄ritur utz uoluntatis i op̄is sint duo peccata uel unū. **E**t q. sint plura uidetur. **S**up illud ro. i. Repletos homicidijs. glo. **P**luralī diē homicidijs. q. aliud ē homicidiū uolūtatis i aliud op̄is. **S**i sic est in homicidio. ergo paritōē i in alijs peccatis. **I**tē multiplicato inferiori multiplicatur superior. sed fornicatio exterior peccatū est sp̄ale s. uoluntas fornicandi est aliud q. ip̄e act⁹ fornicatiōis. ergo si ista sunt diuersa i sunt peccata formalī loquēdo. ergo sunt diuersa peccata. **I**tē multiplicato subiecto multiplicatur acc̄is quod cōsistit per illud subiectum. sed deformitas p̄paratur ad actionē tanq. acc̄is ad subiectū. ergo ubi sunt multe actiones deformes ibi multe deformitates. i ubi multe deformitates ibi multa peccata. i actio interior i exterior sunt diuerse ergo sunt in eis diuerse deformitates. ergo i diuersa peccata. **I**tē multiplicato uno oppositoz multiplicatur i reliquū. q. tñ unum vni opponitur. s. peccatū repugnat precepto. cuz ergo aliud sit preceptū quo p̄hibetur act⁹ interior. i aliud quo p̄hibetur act⁹ exterior. q. a

aliud mandatū ē. nō occupas. et aliud nō me-
chaberis. ergo uidetur q̄ sicut illa duo sunt p̄
cepta ita actio interior et exterior sunt duo pec-
cata. ¶ Itē magis uenit uolūtas interior cū
uoluntate interiori q̄ uolūtas interior cū uo-
luntate exteriori. sed uolūtas interior cū alia
uoluntate facit duo peccā diuersa. ergo multo
fortius uolūtas interior cū actu exteriori sūt
diuersa peccata. ¶ Sed 3. per se et per actūs
non ponunt in numerū sicut cū diligo uinū q̄
dulce non dicor diligere duo sed unū. s̄ actio
exterior non est peccatū nisi ppter uoluntatē
interiōrē. ergo uolūtas interior cū actu exte-
riori non ponit in numerū. ergo nō sunt duo
peccata s̄ unū. ¶ Itē actio inchoata nō ponit
in numerū cū seipsa cōsumata. sed peccatū icho-
atur in uoluntate et cōsumatur in opere s̄ q̄ dī
Ia. 1. concupiscentia cū ceperit parit peccatū. pec-
catū uo cū cōsumatū fuerit generat mortē.
ergo 4. ¶ Itē bonū opus non ponit in nume-
rū cū bona uoluntate in rōne meriti. unde cuq̄
aliquis uoluntarie bene operatur nō est ibi du-
plex meritū sed unū. ergo pari rōne nec uolū-
tas interior cū opere exteriori ponit in numerū
in rōne demeriti siue peccati. ¶ Itē 5. formale
est in peccato s̄ q̄ peccatū est libido uel potius
cōtēptus dei siue auersio. sed cū quis uolūtarie
opus nephariū perpetrat non sunt duo cōtem-
ptus sed unus. ¶ Item multis peccatis multi-
plex debz īfigi pena siue remuneratoria siue
satisfactoria. sed p peccato exterius cōsumato
non debetur alicui pena multiplex nec diuerse
imponuntur satisfactiones sed una. ergo uolū-
tas interior et actio exterior non sunt diuersa
peccata. ¶ R. vñ q̄ duplī cōtingit cōparari pec-
catū operis exterioris et uoluntatis interioris.
Uno modo prout illa cōiuncta sunt et ordinata
ita q̄ unū est ex altero. et sic uolūtas interior
cum actu exteriori non facit diuersa peccata.
p eo q̄ unū ē ibi cōtemptus et una auersio et una
est ouersio. uolūtas enim est que cōtemnēdo
auertitur dum ad bonū cōmutabile ouertitur n̄
solū quantū ad actū p̄priū sed etiā quantū ad
actū inferioris potentie que ei subicitur. quia
ergo peccatū s̄ q̄ huiusmodi dicit deordinatio
nē per cōtēptū et auersionē a deo et ouersionē
ad creaturā. hinc est cū ibi sit vna deordinatio
prima q̄ peccatū uolūtatīs et operis unum est

loquendo formalit̄ put illa cōiuncta sunt. s̄ ibi
autem sit una ratio deordinandi. plura tñ sūt
ibi deordinata. et ideo quāuis peccatum illud
unum sit formalit̄. plura tamen sunt mate-
rialit̄. Si autem oparemur uoluntatē inte-
riorē ad opus exterius put sunt separata ita
q̄ unus peccet uoluntate tñ. alius peccet uo-
luntate et opere. sic peccatū uoluntatis et opis
sunt diuersa peccata nō solū materialit̄ uerū
etiā formalit̄ p eo q̄ actus uoluntatis in
quo cōsistit prima rō deordinandi numeratur
et est alius et alius. hoc aut mō nō querit magis
in lra. utrū uolūtas interior et actio exterior
sint diuersa peccata. hoc enī non est dubiū q̄
diuersis peccatis peccat q̄ si una uice tñ ue-
lit malū. alia uice uelit et pficiat. s̄ de hoc q̄rit
utrū uolūtas interior et actio exterior sint di-
uersa peccata s̄ q̄ unū ab altero pcedit. et unū
alteri cōiungitur. Et ad hoc rōndēduz q̄ cōuis
sint plura opera culpabilia et plura deordinata
quia tñ una est rō deordinandi unus est ibi actus
uolūtatīs. nec alter ē culpabilis nisi ppter illū
unū est ibi peccatū. Et hoc modo vñ magis
cōcordat magis in lra rōndens obiectōib⁹ q̄ fiūt
in lra p parte altera que dicebat illa eē diuersa
peccata. et recte facit in hoc q̄ quāuis aliquid
possit numerari ex quadā improprietate solū
ex parte principij materialis. tñ p̄prie loquen-
do non numeratur aliquid ex parte principij
materialis nisi q̄ cū numeratione ex pte prin-
cipij materialis occurrat numeratio ex pte for-
malis. sicut albedo numeratur in duob⁹ hoīb⁹
albis. non sic aut est in pposito. Et ideo rōes
que hoc cōfundunt. s. uoluntatē interiōrē et actōē
exteriōrē eē peccatū vnū cōcedende sunt. ¶
Ad illud q̄ obf de glo. vñ q̄ glo. aut loquit̄
materialit̄. aut loquitur de homicidio interiori
et exteriori put disiuncta sunt ita q̄ unū alteri
non cōtinuatur. ¶ Ad illud q̄ obf q̄ multipli-
cato inferiori multiplicatur suū superi⁹. vñ q̄
illud uerū est de illo inferiori cui suū superi⁹ est
cēntiale uel ad q̄ suū superi⁹ cōpatur cēntialit̄
nō sic aut ē in pposito. q̄ peccatū n̄ si dicatur
de uoluntate et rōne nō dī p̄dicatōe cēntiali s̄
magis accīdali. ¶ Ad illud q̄ obf q̄ multi-
plicato subiecto multiplicatur accīd. vñ q̄ illū
uez est si subiectū per se multiplicatur et illud
in quo primo ē accīd. deformitas aut peccādī

non attenditur primo et principali circa exteri-
orē actionē nec est ibi tanq̃s circa subiectū p se
sed est ibi rōne uoluntatis interioris iuncte.
quod patet. quia si actio illa pcederet ab alio
principio q̃s a uoluntate iam non esset culpabi-
lis. **A**lter etia pōt dici q̃ illud intelligitur q̃n
subiectū plurificatur et h̃ rē et illā rōnem qua
d̃r subiectū ita q̃ non sunt solū plures res sed
etia plura subiecta. sed quāuis actio interior et
exterior sint diuerse res nō tamē sunt diuersa
subiecta deformitatis s̃z unū. p eo q̃ sic ordo
pōt esse in plurib⁹ quoz unū est ab altero tāq̃s
in uno subiecto sic etia et deordinatio. q̃m er-
go deformitas peccati dicit deordinationez a
fine. hinc est q̃ circa actionē interiorē et exteri-
orē consistit tanq̃s circa unū subiectū quāuis sint
diuerse actiones et res. Posset etiam instari q̃
illud uerbū q̃ hoc intelligitur de accīte abso-
luto nō de accīte relato. tale enim unū pōt eē
in pluribus dū tñ illa sint adinuicē relata et or-
dinata. et p hunc modū se hñt actio interior
et exterior. qz una pcedit ab altera. **A**d illō
quod ob̃r q̃ multiplicato uno oppositoz mul-
tiplicatur et reliquū. ṽd q̃ uex est h̃ q̃ ei oppo-
nitur. pceptū aut quo phibetur actus exterior
et uoluntas interior nō est aliud et aliud nisi ex
hoc q̃ in uno phibetur uoluntas cuz opere. in
altero phibetur uoluntas etia absqz opere. et
hoc mō hñt pcedo q̃ uoluntas interior et actio
exterior prout sunt disiuncta sunt plura peccā
sed hoc modo nō procedit inquisitio presens.
nec inquisitio magistrī. **A**d illud quod ob̃r
q̃ magis comunicat uoluntas cum uoluntate
q̃ cū actu exteriori. ṽd q̃ ē ueniētia formalis
et ueniētia ordīs. cū ergo d̃r q̃ uolūtas interior
magis uenit cū uolūtate q̃ cū actōe exteriori
ṽd q̃ uex ē de ueniētia formali s̃z nō de ueni-
entia ordinis. qz non sic est uoluntas a uolun-
tate sicut est exterior operatio ab interiori uo-
luntate. et ideo cum sint due uoluntates sunt
plures deordinationes. et propter hoc sunt duo
peccata. cum uero opus exterius iunctum est
uoluntati interiori a qua procedit una est ibi
deordinatio et unum actuale principium deor-
dinationis. et ideo unum peccatum est. et ex
illa parte plura peccata.

Secundo queritur utrum peccatum

operis addat supra peccatum uoluntatis.
Et q̃ sic uidetur. **S**uper illud **Psalmi**. Appo-
ne iniquitatem super iniquitatem. **G**losa.
Qui addit opus uoluntati addit iniquitatem
iniquitati. sed qui hoc facit nouū peccatū facit
aut maius. s̃z non nouū. ergo maius. **I**tem
aug. Unusquisqz miser efficitur mala uolūtate
sed miserior potestate cū desiderū male uolū-
tatis impletur. sed non efficitur homo misior
per peccatum nisi aggrauetur peccatus. ergo
peccatū uoluntatis aggrauatur per additionē
operis. **I**tem ratione uidetur. **A**pud huma-
nam iusticiam grauius puniuntur qui peccat in
opere q̃s qui peccat uoluntate solum uel uolū-
tate et uerbo uel uoluntate tantum. ergo si hu-
mana iusticia deriuatur ab eterna iusticia et ei
conformatur et in opere suo laudabilis est ui-
detur q̃ maiori sit dign⁹ pena ille qui peccat
uoluntate et opere q̃s qui peccat uoluntate tñ
sed non est quis maiori dignus pena nisi ppter
maiore culpā. ergo **re.** **I**tem grauius peccāt
qui peccant in deum et in proximū q̃s qui pec-
cant in deum tñ. sed qui peccant uoluntate
interiori solum non peccant nisi in deum. qui
uero peccant exterius in opere frequenter pec-
cant in proximū sicut patet in adulterio et
homicidio. ergo **re.** **I**tem quanto magis se
homo glorificat et in deliciis est tanto magis
dignus est pena. sed qui peccat uoluntate et
opere magis se glorificat et amplius delectat⁹
est q̃s qui peccauit uoluntate sola. ergo maio-
ri dignus est pena. et si hoc maiorem perpe-
trat culpam. **S**ed contra. **S**uper illud **ps.**
Etenim in corde iniquitates operamini. **g**lo.
Si uis et non potes deus factum reputat. er-
go si uoluntas reputatur pro facto. uidetur q̃
factū quantū ad rōnem peccati nihil addat su-
pra uoluntatem. **I**tem **Augustinus**. Si cō-
tingat aliquem non concubere cum uxore ali-
ena. planum est autē eum cupere. et si pote-
stas daretur eum esse facturū non minus reus
est q̃s si in ipso facto deprehenderetur. ergo
si non est minus reus non magis peccat quan-
do consumat in opere q̃s quando plene uult
in uoluntate. **I**tem grauitas et magnitudo
peccati consistit in quantitate contemtionis.
sed quando uir omnino non sentit tūc plena
ē auersio et contempt⁹. ergo equale est peccm siue

opus adfit siue deest. **I**tem opus exterius non est culpabile nisi ppter uoluntate interiorē ergo si tota rō culpabilitatis ortū habz ab ipsa uoluntate, uidetur q. sola uolūtate peccati exi- stente tātū est hō culpabilis quantū si peccaret in ope. **I**te peccata spūalia q. sola uolūtate cōsumantur grauiora sunt q. peccata carnalia quoz cōsumatio fit in carne. **E**rgo prima q. i sola uoluntate cōsistunt grauiora sunt q. scōa q. cōsistunt in uoluntate. **I** ope uidetur q. opus non addat aliqd ad maliciā uoluntatis. **R.** **A**d p̄dictoz intelligentiā est notandū q. cum q̄ritur utrū opus addat aliqd ad maliciā uolū- tatis hoc dupl̄r pōt intelligi. **V**no mō respectu uoluntatis que pōt in opus pcedere s. tñ nō pcedit quia non oīo plene uult. **I** respectu tal̄ absqz dubio malicia op̄is addit. **U**z. n. cōsumat peccatū in opere tūc est pleni⁹ cōsensus. **I** nō so- lūmō d̄r manducare mulier s. etia uir. et ideo pecm̄ tūc mai⁹ **I** graui⁹ est rōe maioris uersi- onis **I** etia auersiois. **A**lio mō pōt intelligi re- spectu uoluntatis que qdē nō pcedit. nō q. n̄ uelit s. q. nō pōt. **E**t tūc mouetur illa questio cū utrobqz sit plena uoluntas utrū graui⁹ pec- cet qui uult **I** non potest an qui uult **I** potest **I** facit. **E**ssō q. uterqz moueatur ex eq̄li amo- re. **H**oc ergo mō q̄ōne intellecta r̄ndendū q. unū peccatū d̄r eē maius altero tripl̄r. aut rōe maioris cōtēptus dei. **A**ut rōe maioris libidōis siue delectatōis. **A**ut rōe maioris dānificatōis. **P**rimo modo loquēdo opus non addit ad ini- quitatē uoluntatis. quia uoluntas plena a deo auertitur p se sicut cū est operi iuncta. **Q**uoz vō ad delectatōez siue libidinē addit **I** aggra- uat maxime quantū ad genus peccati carnalis quo quidē peccat hō in seipso. **S**imilr quantū ad dānificatōez addit et hoc maxime q̄tū ad genus peccati quo peccat q̄s in p̄ximū. **Q**uā- tūcūqz. n. aliq̄s uelit fornicari nūq̄ delectatur sicut qñ uolūtas cōiungitur actui. **S**imilr q̄tū- cūqz uelit aliquis aliez occidere nō tantū facit dānū quantū si actu occideret. **E**t qm̄ deus est iust⁹ iudex in puniēdo nō tñ cōsiderat in peccō magnitudinē cōtēpti⁹ s. etia magnitudinē dele- ctatōis **I** magnitudinē dānificatōis. hinc ē q. aliquo mō op⁹ addit ad neq̄tiā uoluntatis. **U**n̄ **I** rōnes que hoc oñdūt cōcedende sunt quāuis non oēs cogant maxime illa que fit de simili- tudine diuine iusticie **I** humane. nō. n. est sile.

q. homines cōsiderant que exten⁹ patent **I** iu- sticiā publicā. de⁹ aut̄ intuetur cor. **I** nō solūz cōsiderat iusticiā publicā s. etia priuatā. **A**d illud uero quod obf̄ in d̄riū de glo. illa **I** de au- ctoritate aug. quāz vna dicit q. uolūtas repu- tatur p facto **I** altera dicit q. nō minus ē reus q. uult **I** nō facit q̄s q. uult **I** facit. **V**o q. ambe pcedunt **I** quāritatē peccati q. attenditur q̄tū ad plenitudinē cōsensus **I** q̄tū ad magnitudinē cōtēpti⁹. et sic bene cōceditur q. opus ad tales uoluntatē non addit. **A**d illud q̄s obicit q. quantitas peccati cōsideratur penes quantitatē cōtēpti⁹. **V**o q. uex ē nō tñ est uex precise. **D**eus .n. nō tñ cōsiderat cōtēptū sui imo etia dānū p̄ximī **I** delectatōez peccantis. **V**n̄ **I** p̄xio pa- tientis iniuriā facit uindictā. **I** maiores patienti iuriā maiore facit uindictā. sic **I** eū q. delecta- t⁹ affligit. **I** eū q. magis delectat⁹ ē magis af- fligit. **E**t ideo ratio illa ab insufficienti pcedit. **A**d illud quod obf̄ q. tota ratio peccati est a uoluntate. **V**o q. non est uex. quia aliqua sūt peccā nō solū ex improbitate facientis uolūtatis sed etiam ex genere operis q. sunt cōphibiti onē dei **I** cōdictamē iuris naturalis. **V**ex est tñ q. nihil q̄s fit ex parte operis per se sufficit ad faciendū peccatū nisi adfit uoluntati⁹ mot⁹ et ideo ex hoc non sequitur q. quāuis hoc nō possit esse sine illo q. hoc non addat ad illud. **E**t est simile quia ferrum non urit absqz igne ignis tamen cum ferro plus urit **I** plus pene- trat q̄s faceret per seipsum. sic **I** in multis aliis inuenitur. **A**d illud quod obicitur de pecca- tis spiritalibus. dicendū q. non est simile p eo q. peccata spiritalia spiritalē habent de- lectatōne que in suo genere maiorem habet adherentiaz **I** maiorem improbitatē quantūz etiam aliqua delectatio peccati carnalis. **P**ec- cata uero carnalia nūq̄ tantum delectant qñ sunt in sola uoluntate quantum quando sunt in uoluntate **I** opere. nec etiam tantum dāni- fican. ideo nō sequitur q. in talibus op⁹ addat ad maliciā uoluntatis.

Qonsequenter queritur circa secūdū .s. de comparatione uenialis ad mor- tale. et circa hoc queruntur duo. **P**rimū queritur utrum peccatum ueniale et mortale conueniant in auersione. **S**ecūdo queritur utrum conueniant in reatu siue obli- gatione ad eternitatem pene.

Quia primū sic pceditur et qritur utz
veniale et mortale ueniant in auer
sione. Et q sic uidetur. Aug. diffini
ens peccatū dicit q peccatū non est appetitus
reuz malay s; desertio melioz. si ergo ueniale
peccatū peccatū ē. ergo i ipo est desertio sumi
boni. sed ubi est desertio sumi boni ibi ē auer
sio. ergo **re.** Si tu dicas q. hec ratio ueniat
mortali tm. tunc ego quero in quo omunicat
ueniale et mortale ratione cuius utrunqz dica
tur peccatum. Si tu dicas q. in ouersione ad
omutabile bonū. hoc non uidetur. quia ouerti
ad omutabile bonū non est peccatū nisi p illo
recedat homo a bono incōmutabili. peccatuz
enim est priuatio non positio. si ergo ueniale
peccatū inquantuz peccatū est omunicat cum
mortali. et illud cum quo omunicat non est cō
uersio. ergo est auersio. Item omne illud
quod est contra dei preceptum auertit a deo.
s; ueniale est huiusmodi. ergo **re.** Maior per
se manifesta est. minor probatur. **Ro. vij.** su
per illud. Non concupisces. **glo.** Bona est lex
que dum concupiscentiā prohibet omnia mala
prohibet. ergo si peccatū ueniale est malum.
ergo per illud preceptum. non concupisces est
prohibitum. Item omne illud quod defor
mat imaginem auertit a deo. peccatū ueniale
est huiusmodi. ergo **re.** Minor probatur per
illud quod dicitur. **vj. mu.** Amor inferioris
pulchritudinis polluit animā. sed peccatum ue
niale est amor inferioris pulchritudinis. ergo
re. Item simplex ad quod se conuertit to
taliter se conuertit. sed tam intellectus q; affe
ctus est simplex. ergo cum se conuertit ad ali
quid totaliter se conuertit. sed quod totaliter
se conuertit ad aliquid auertitur ab eius oppo
sito uel dispat. ergo cum affectus noster se
conuertit ad creaturam sub ratione creature
necesse est ipsuz auerti a deo. sed hoc est in ue
niali peccato. ergo **re.** Item impossibile est
q; aliquid moueatur ad terminum ad quem
quin aliquo modo separetur a termino a quo
sed conuersio dicit motum animi respectu ter
mini ad quem. auersio autez respectu termini
a quo. ergo si ouersio est in ueniali peccato ne
cesse est q; similiter sit auersio. Item omnis
amor creature uel est per modū usus uel per
modū fruitionis sicut dicit aug. in li. de doctri

na xpiana. sed in peccato ueniali est amor cre
ature. ergo uel per modū usus uel fruitionis.
nō per modū usus. quia iam non esset culpa.
est ergo amor fruitionis. sed frui creatura est
ponere finem in creatura. et hoc non est aliud
q; auerti a deo. ergo ois amor uenialis pecca
ti facit a deo auerti. Sed otra. Nullus auer
sus a deo est iustus. sed peccans uenialf rema
net in iusticia. ergo peccans uenialf non auerti
tur a deo. Maior per se manifesta est. minor
pbatur per illud puer. **xliij.** Septies in die ca
dit iustus et resurget. Item nullus separat
a deo nisi uolens. sed omnis q; auertitur sepa
ratur a deo. ergo nullus separatur a deo nisi i
actu quē facit mera uoluntate. sed multa ueni
alia peccata omittimus quadam necessitate si
cut dicitur **Ro. vij.** Quod nolo malū illud fa
cio. ergo **re.** Item nullus auertitur a deo sine
ipsi dei oteptu et offensa. sed nullus otemnit
deū et offendit sine graui culpa. sed ueniale in
ter leuia peccata reponitur. ergo per ueniale
homo non auertitur a deo. Item nihil quod
stat simul cū charitate auertit a deo. sed ueni
ale stat simul cum charitate. ergo **re.** Maior
manifesta est. minor probatur. quia si ueniale
expelleret charitatē. ergo auferret homini ui
tam gratia. sed peccatuz quod auertit homini
uitā ponit mortē et dicitur mortale. ergo pec
catū ueniale esset mortale. **R.** vñ q; absq;
dubio peccatū ueniale non omunicat cū mor
tali in auersione s; q; auersio dicitur proprie.
importat enim dei oteptū. otemptus dei iram
meretur et mortē. peccatū aut quo quis meret
iram et mortē non debet dici ueniale imo po
tius mortale. et ppter ea omunitur tenetur q;
auersio pprie loquendo in peccato mortali re
peritur non in ueniali. Et illud melius patet si
modū attendam⁹ p quē hō dī auerti a deo et
otēnere deū omittendo aliq; peccatuz in quo
nihil cogitat de deo. Aut. n. auertitur hō a deo
qz facit o diuinū mādātū. aut qz ponit sibi bo
nū creatū tāq; finē ultimū. in hoc nanq; q; fa
cit o diuinū mādātū recte a deo auertitur. qz
mādātū ē uia recte pueniēdi ad deū et tēdēdi i
deū. q; ergo facit o mādātū incedit directe uia
ōria. ideo qsi faciē suā retrorsū ouertēs tergū
ad illū vrit i quē debebat per mādātū tēdere.
Similiter cuz statuit sibi creaturam tanq; finē

ultimum recte dicitur a deo auerti. animā enī
media est inter creaturā et deum inquantū est
imago dei. **¶** Cum ergo ad creaturā se tanq̃ ad
finem conuertit faciem suam que debebat eē
sursum uersa deorsum inclinatur. et ideo se auer
tit a deo. **¶** Et utroq; dictorū modorum non est
auersio sine contemptu. nam qui mandatum
dei transgreditur contemnit mandantem. **¶** Si
militer qui creaturam sibi finem statuit princi
palem magis appreciatur creaturam q̃ deū
et hoc non potest esse sine dei contemptu. **¶** Ve
niale autem peccatum nec est directe contra
dei mandatum nec statuit creaturam tanq̃ fi
nem ultimum. et ideo non est in eo nec auersio
nec contemptus. **¶** sed q̃ ueniale sit preter dei
mandatum in ueniali etiam peccato creatura
non refertur in deum. hinc est q̃ per ueniale
recedit homo quodāmodo a uia mādati. quo
dam etiam modo morose adheret ei per quod
deberet transire. **¶** unde et in ueniali est quedam
elongatio et quedam retardatio. **¶** Unde conce
ditur q̃ ueniale a deo nō auertit sed elongat.
a deo non separat sed retardat. et si large no
men auersionis acciperetur ut se extenderet
ad elongationē et retardationē in ueniali esset
auersio quedam. quia tamen nomen auersionis
sonat in contemptum. ideo tenendū est q̃ auer
tere a deo sit mortalis peccati proprie. **¶** Unde
rationes que hoc ostendunt concedende sunt.
¶ Ad illud ergo quod primo obicitur q̃ pec
catum est desertio. **¶** dicendum q̃ si ista diffini
tio detur pro peccato mortali desertio stat ibi
pro auersio. **¶** si autem detur pro quolibet pec
cato desertio dicit quandā elongationē et retar
dationē. **¶** Posset tamen dici q̃ non dicitur pec
catū desertio dei sed desertio cuiuscunq; boni
quod spectet ad rectitudinē. **¶** quāuis ergo in ue
niali peccato non sit desertio dei est tamen de
sertio alicuius bone circūstantie circa actus ex
cuius defectu incidit ueniale peccatū. et in hoc
ueniunt tam ueniale q̃ mortale peccatū. q̃a
utrumq; priuat aliquod bonū. **¶** sed in hoc diffie
runt q̃ mortale priuat aliquem actum uel cir
cūstantiā necessariam ad salutem. ueniale uo
non. **¶** Ad illud quod obicitur q̃ ueniale est
contra dei prohibitionē. **¶** dicendū q̃ illud pro
prie dicitur esse contra dei prohibitionē ad cui
oppositū obligat prohibitio. **¶** ueniale autem non

est huiusmodi. et ideo non est directe phibitū
est tamen ipsi phibitioni anēxū. et magis pro
prie debet dici cohibitū q̃ prohibitū. **¶** hoc p̃
quia cum deus prohibet concupiscentiā dicens.
non concupisces. non prohibet primū motū con
cupiscentie sed concupiscentie p̃gressum s̃ illud
ecclē. xviii. **¶** fili post concupiscentias tuas non eas
¶ Sed dum phibet hominē ire post motū con
cupiscentie hoc ipso manifestat q̃ concupiscentie
motus non est bonus nec deo placitus. **¶**
¶ Ad illud quod obi q̃ amor inferioris pulchri
tudinis polluit animā. **¶** vō q̃ anima dupliciter
habet pollui. aut macula mortalis peccati que
quidē expellit uigore gratie. **¶** Aut macula ue
nialis peccati que quodāmodo retardat actū
dilectionis gratuite. **¶** Et prima pollutio est per
mortale et facit ad deformationē imaginis. q̃
auferit ei formā. s̃ imaginis recreationis. **¶** Se
cunda uero est pollutio uenialis quod r̃ si ali
quo modo polluat non tamen animā defor
mat. q̃ stat simul cū gratia que animā infor
mat. **¶** Ad illud quod obi q̃ simplex ad qd
se conuertit totaliter se conuertit. **¶** dicendū q̃
hoc dupliciter potest intelligi. q̃ totaliter pōt
dicere totalitē quantū ad actū conuertendi uel
quantū ad habitū. uel quantū ad potentiā cō
uertendi. **¶** Si intelligat ad actū sic uerū ē ad mi
nus s̃m statū uie. q̃ nō intelligimus quantū
simul et semel nisi unū solū. **¶** aut si multa simul
intelligam? et uelim? hoc est inquantum sunt
unū. **¶** Si autē dicat totalitatem habitū uel virtutis
sic falsus est sermo. non enim oportet q̃ qñ
anima uel aliquod simplex conuertit se ad ali
qd. conuertat se s̃ totū suū habitū et s̃ totā suā
potentiā. q̃ pōt conuertit intensi? et remissi?. **¶** uiz
ergo dī q̃ qñ affect? se conuertit ad vñ totalit̃
auertitur ab ei? opposito siue dispatō. **¶** Si pri
mo mō intelligatur falsū est. q̃ pōt se conuer
te ad unū in actu et ad aliud in habitu. **¶** Si scō
mō uel tertio intelligatur sic h̃z. ueritatē. s̃z ma
ior p̃positio fuit falsa. **¶** Et p̃pter hoc q̃ totalit̃
conuertit alī accipit in maiori p̃pōne et aliter i mi
nori. ideo cōt̃ia illa nō tenet. **¶** Et si tu obicias
q̃ nō potest affici simul et semel erga deū et
erga creaturā quā inordinate diligit. **¶** vñ cū cō
uertitur ad vñ auertitur ab altero. **¶** vō q̃ n̄ se
q̃tur. q̃ auerti p̃ dicit q̃ n̄ conuertit actualit̃. im
portat. n. triū conuersiōis. s̃. quandā asp̃nationē

dei siue creptus. ¶ Ad illud quod obiicitur qd motus separat a termino a quo. vñ qd uex e de illo motu proprie qui concernit duos terminos vñum a quo incipit et alter in quem tendit. non sic est in actu uenialis peccati. anima enim cum peccat uenialiter non mouetur a deo in creaturam sed magis afficitur ipsam creaturam. vñ de ueniale peccatum potius est affectus siue actus quam motus. ¶ Ad illud quod obiicitur qd amor uenialis peccati est amor fructuionis. vñ qd falsus est fm qd frui accipitur proprie. scilicet quiescere in aliquo ad finem ultimam. sic n. frui est p mortale non per ueniale. Si ergo querat utrum sit usus uel fructio. vñ qd nec e usus nec fructio scilicet abusus nisi forte usus dicatur large omnis amor quo quis amat aliquid non quiesces in illo sed referat ad aliud actu uel habitu. siue referat recte siue minus recte. Et qd illud oporteat dicere manifestum est. cum enim aliquis diligit aliquam creaturam referens ad aliud non tñ ad illud quod est amore illo peccat. nec tamen illud est fructio nec usus proprie dictus sed magis proprie dicitur abusus. ¶ An aug. cum dicit. ois qui amat aliquid aut amat utens aut fruens. accipit large usum et fructuionem. vñ sum p omni amore relato siue recte siue statuatur ibi finem principalem siue non. Et sic in diuisione illa comprehenditur amor uenialis peccati. nisi forte quis uelit dicere qd aug. loquitur ibi de amore ordiato. Et sic patet oia.

Secundo queritur utrum ueniale ueniat cum mortali in reatu pene eterne. Et qd sic uidetur. Pena assumpta p mortali e proportionabilis pene assumpte p ueniali et quantum ad acerbitate et quantum ad durationem. ergo si pene arbitrarie pensantur p magnitudine reatus peccati. uidetur qd reatus uenialis mortalis sint et utroque modo proportionabiles. scilicet pena eterna non est proportionabilis nisi eterne. si ergo unum obligat ad penam eternam uidetur qd et reliquum. Si dicas qd per gratiam mortale fit ueniale et commutatur pena eterna in temporalem. Obiicitur tunc. qd cum ueniale similiter remittatur p gratiam si misericordia dei est ordinata sicut eterna commutat temporalem deberet commutare in instantaneam. qd si non facit uidetur qd illa ratio nulla sit. ¶ Item esto qd aliquis decedat cum mortali et ueniali et qd de neutro fuerit in hac uita punitus. si ergo peccatum non remanet impunitum. ergo p utroque punitur iste. sed non nisi in inferno et in inferno

punitur in eternum. sed si non punitur ultra quam meruit. ergo p peccato ueniali merebatur puniri eternum. Si tu dicas qd punitur eternum ratione mortalis iuncti. obiicitur qd non. Esto qd mortale illud puniatur quantum meruit puniri. tunc ergo p ueniali aut punietur eternum ratione sui. aut ratione mortalis adiuncti quia illud sufficienter punitur p se. si ergo punitur eternum hoc e ratione sui. sed deus nullum punit supra dignum. ergo dignum erat propter ueniale peccatum aliquod eternum puniri.

¶ Item ueniale stat cum gratia et stat cum mortali et utrobique saluatur ratio uenialis. et constat qd magis saluatur cum mortali quam cum gratia quia gratia delet ipsam mortalem nunquam. ergo si abstrahatur ab utroque magis tenebitur proprietate quam habet cum mortali quam cum gratia. scilicet quoniam cum gratia debetur ei pena temporalis. quoniam cum mortali debetur ei pena eterna. ergo ueniali de se et p se debetur pena eterna.

¶ Si tu dicas qd obiectio teneret si pena temporalis deberetur ei ratione gratie. scilicet hoc non e uex quod debetur ei ratione gratie sed hoc e uex quod debetur ei ratione sui. Contra. Impossibile e sufficienter puniri peccatum nisi remittatur. quia quod diu durat culpa debet durare pena. non. non. vñ e dedecus peccati sine decore iusticie. sed nec mortale nec ueniale dimittitur nisi p gratiam. ergo tñ mortali quam ueniali debetur pena eterna quantum est de se.

¶ Item esto qd aliquis tñ habeat peccatum ueniale nec tñ habeat gratiam. aut eēt dignus pena eterna aut temporalis. ergo illa perfoluta esset omnino absolutus a culpa. sed potest per seipsum penam illam soluere. ergo per se posset ad innocentiam resurgere. qd si non potest p seipsum ad innocentiam redire nunquam potest quantum e de se penam sufficientem p illa culpa sustinere. ergo nisi auxilium gratie superueniat ueniali peccato debetur pena eterna.

¶ Si tu dicas qd soluendo penam disponeret se ad gratiam que culpam deleteret. hoc non soluit. qui si se similiter puniret pro peccato mortali deus gratiam infunderet que illam culpam mortalem deleteret. ¶ Item delectatio mortalis peccati non excedit delectationem uenialis in infinitum. ergo si reatus respondent delectationi neque reatus excedit reatum in infinitum. sed eternum excedit temporale in infinitum. si ergo mortale obligat ad penam eternam. ergo et ueniale. Si tu dicas qd quantum non excedat simpliciter. excedit tñ p reputationem. quia mortale diligit supra deum qui e bonum infinitum.

ueniale vō minime. **C**ontra hoc est, qđ cum vē-
niale peccatū a deo puniatur et deo displiceat
aliquo modo offensū est dei. ergo si tanta ē
offensa quantus is qui offenditur cum per ve-
niale peccatū offenditur deus qui est infinitus
videtur qđ reatus peccati uenialis debeat repu-
tari infinitus sicut et mortalis. ergo sicut per
mortale peccatū meretur homo puniri infinite
ita et per ueniale. **S**ed contra. **H**ugo de sã-
cto victore. Ueniale peccatū est illud cui fm se
debetur pena transitoria. ergo reatus uenialis
peccati solūmodo est pena tēporalis. **I**tem
pena eterna est mors secunda. sed nulli debe-
tur mors secunda nisi propter primā que est
per separationē anime ad deū. si ergo ueniale
a deo non separat sicut supra ostensum fuit.
ergo non obligat ad penam eternam. **I**tem
si ueniale facit hominē dignus pena eterna le-
dit hominē usq; ad mortē. sed quod est huius-
modi debet dici mortale. ergo ueniale peccatū
est mortale. **I**tem si ueniale peccatū obli-
gat ad eternā penā cum omne eternū careat
fine. et quod caret fine caret remissionē et uenia-
le peccatū ueniale dicit oppositū ad remissionē
et ueniā. sed quod est huiusmodi non est uenia-
le. ergo peccatū ueniale non est ueniale. **I**tem
si ueniale facit dignū pena eterna et grā
facit hominē dignū vita eterna cum ueniale
peccatum et gratia simul sint in eodem. simul
est homo dignus vita eterna et pena eterna.
ergo si fit ei retributio s; meruit simul pos-
set esse in eterna beatitudine et in eterna pena
quo nihil magis impossibile. **R.** Ad predi-
ctorū intelligētiā est notandū qđ sicut fides nra
dicit peccato mortali debetur pena eterna. qđ
re autē peccato mortali debetur pena eterna
multiplex cōsuevit assignari ratio. ad presens
autem sufficiat una. quia ista questio alibi ha-
bet locū. s. in quarto vbi queritur de eternita-
te pene infernalis. precipua enim inter rōnes
est quare debetur peccato mortali pena eter-
na. quia dūz homo peccat mortālī separat se
a vita gratie. et subiicit se perpetue impotētie
exeundi de culpa quantū est de se. nemo enim
potest a culpa mortali resurgere nisi p re-
creationē et infusionē noue gratie et noue uite. et
ppter ea rōne istius impotentie peccato mor-
tali anexa est obligatio ad eternitātē pene. hec
autēz pena eterna et si omni peccato mortali

debeatur. non tamen omni persoluitur. quia
quāuis mortale peccatū reddat hominē impo-
tentē ad resurgendum per seipsū. attingit tñ
hominē releuari per diuinū auxiliū. **D**ebetur
ergo peccato mortali pena eterna. quia sepat
hominē a vita. persoluitur autem pena eterna
in eo qđ tenet hominē in eternū separatū a vi-
ta. quia ergo ueniale peccatū nō separat hoīez
a vita. quia non excludit grām. nec tenet ho-
minē in eternū separatū a vita. hinc est qđ pec-
catū ueniale nec de se obligat ad penā eternā
nec ei fm se redditur pena eterna. quia vero
peccatū ueniale coniungi habet ei quod sepat a
vita et etiā ei quod tenet separatū a vita. hic
est qđ rōne adiuncti pena eterna debetur et pe-
na eterna persoluitur. vnde si aliquis decedat
cum mortali simul et cum ueniali eternalī pro
utroq; puniretur. **E**t ratio huius est. quia nul-
lū peccatū deleri potest absq; grā. et qđ diu du-
rat culpa debet durare pena. et ideo cum ue-
nialis culpa duret cū mortali in infinitū rōne
coniunctionis cum illa in infinitū punitur. nūbi
lominus tñ ei quantū est de se debetur pena
tēporalis cum simul possit stare cum gratia. et
propterea ueniale nominatur ut in hoc distin-
guatur a genere peccati mortalis. quia morta-
le aufert principiū uite et uenie. s. ipam grāz.
ueniale aut quantū ē de se non aufert imo si-
mul cum illa manet. **C**oncedē de sunt ergo ra-
tiones ostēdentes qđ ueniali peccato nō debe-
tur pena eterna fm se. **A**d illud quod obī
qđ pena satisfactoria pro ueniali et mortali est
pporcionabilis. vici potest qđ rō illa nō clu-
dit qđ debeatur ueniali pena eterna nisi prout
est coniunctū mortali. ppter ea ratio illa non co-
git. qđ sicut in opponendo dictū ē in infusione
gratie pena mortalis peccati omutatur in tē-
poralē. pena uero uenialis peccati non omuta-
tur in tēporalē. **E**t si tu queras vnde hoc cum
misericordia dei debeat eē ordinata. vō qđ qđ
obligatio ad penā eternā non pōt simul stare
cum gratia. necessario per infusionē gratie fit
absolutio pene eterne. sed grā bene stat cum
pena tēporali. et ideo nō opz per infusionem grē
tēporalē in momētaneā omutari. **A**d illud qđ
obī de eo qđ decedit cū ueniali et mortali vō qđ
talis pena tā p ueniali qđ p mortali punit s; hoc
nō ē rōne uenial principalī s; rōne uenial adiuncti
Nec ualēz qđ obī qđ mortale punit i se qđ uiz

meruit. quia sicut bonū uigoratur ex bono ita malū uigoratur ex malo eo modo quo dicitur malum uigorari. ideo quāuis ueniali quantū est non debeat pena eterna. **n**ihilominus tñ potest ei deberi inquantū est iunctū mortali. ideo cum deus punit taz ueniale q̄ mortale i eodē pena eterna neutz punit supra dīgnū sz utrunqz punit put puniri meretur nō solū i se sed etiam prout est alteri confunctū. ¶ **A**d illud qd̄ obī q̄ magis saluatur ratio uenialis cum mortali q̄ cum gratia. **r**ō q̄ si intelligat de grā q̄stū ad actū uey ē. nā act⁹ grē siue mo t⁹ grē delet ueniale peccatū. **S**i autē intelligat q̄stū ad habitū falsū ē. qz ueniale cū grā magis saluatur i ppria rōe q̄ cū mortali. **t**unc. n. nec reat⁹ ei⁹ augetur nec minuitur nec mutat⁹ sz cū ueniale iunctū ē mortali tunc reat⁹ ei⁹ augetur i quodā mō mutat⁹. qz iunctū malo uigora. **N**ec ualet qd̄ obī q̄ ueniali nō debetur pena tp̄alis nisi rōe grē qz semp duraret nisi eēt grā. **r**ō. n. q̄ uey ē q̄ supduraret nisi essz grā. qz tñ ipz de se grā nō excludit sicut mortale simul stat cū principio sue remissiois i delectatōis. ideo q̄stū nō possit deleri sine grā nihilomin⁹ tñ q̄stū ē de sua natura debile ē i terribile. nō sic est de mortali qd̄ oīo excludit donū grē. ¶ **A**d illud qd̄ obī q̄ si aliq̄s eēt in solo ueniali i moreretur in eternū cruciaret. **r**ō q̄ hec positio ē impossibilis. **p**rimū qz nūqz nec ē nec erit q̄ aliq̄s in solo pccō ueniali fuerit ita q̄ nō heat grāz. **n**ihil. n. est mediū nunc qn hō habeat grām aut sit in mortali pccō. **i**n primo statu nihil fuit mediū inter inocentia i mortale culpā sicut est s̄ oñfuz. i ideo positio illa uana. esto q̄ aliq̄s puer eēt in ueniali dico q̄ deus nūqz educeret eū de statu meriti qn ul ipe peccat⁹ mortali ul ipe daret ei grāz. **E**t si q̄rat utrū ipi ueniali debeatur pena eterna vel tp̄alis. **r**ō q̄ debetur pena tp̄alis. **s**i pcedat ulter⁹. ergo illa p̄soluta erit oīo immunis a culpa. **r**ō q̄ uey ē. sz qz nūqz pōt eā deo p̄soluere ita q̄ aiām de⁹ acceptet sine grā. **h**ic ē q̄ de ne cogereetur istū supra dīgnū punire grāz sibi infunderet p quā solutōem pene acceptet. i ideo nō seq̄tur q̄ illi pccō debeatur pena f̄ se. nec seq̄tur q̄ hō p se possit resurgere a culpa ad inocentia. ¶ **A**d illud qd̄ obī q̄ delectatio nō excedit delectatōez in infinitū. **r**ō q̄ nō excedit in infinitū f̄ uerā intensione

